

Vc
1152



Q.



Q.K. 154.23.

Vc
1152

Q. D. B. V.

DISPUTATIONEM HISTORICAM

De

S E R B I S ,

Venedorum Natione vulgò dictis
die Benden

Amplissimæ Facultatis Philosophicæ Consensu

P R A E S E S

M. G E O R G I U S K rüger /

Liberosensis Lusatus.

&

L A U R E N T I U S J E Z Z E ,

Rezens. Neo-March.

R E S P O N D E N S ,

P u b l i c o P h i l o s o p h o r u m e x a m i n i s u b m i t t e n t .


d. X V I I I . S e p t e m b r . b o r i s c o n s u e t i s

In Auditorio Philosophorum.

M. D C . L X X V .

WITTENBERGÆ,

L iteris M ATTHÆI H ENCKELII , Acad. Typogr.



**REVERENDISSIMIS , ILLUSTRISSIMIS , GE-
NEROSISSIMIS , EXCELLENTISSIMIS , STRE-
NUIS PATRIÆ PROCERIBUS**

**MARCHIONATUS
INFERIORIS LUSATIÆ
STATIBUS EMINEN-
TISSIMIS,**

**Dominis meis Gratiostissimis,
Mæcenatibus Observantissimis, semperq;
suspiciendis,**

Hoc, qvod per leges fieri potuit disputatiunculæ,
non ostentandi specimine; sed testandæ pietatis stu-
dio inscribo, & qvâ possum devotione atqve humili-
tate, offero. Qvapropter ut conatum meum gra-
tiostissimè approbent, meq; in Gratiam atqve Patro-
cinium suscipiant, demissè humill meqve rogo.
DEUM autem Veneror, Eos ut Patriæ Rei qve publi-
cæ in multos annos conservet!

Humillimus Cliens

PRÆSES.



I. N. 3.

Tunc jucundum & fructuosum veterum historias repetere & contemplari: sic arduum & periculosum. Nam non solum propter mutationes res ipsæ incertæ sunt; sed etiam propter dissidentes Scriptorum opiniones, quæ iisdem de rebus non eadem tradidérunt. Quapropter non demonstrationes; sed ut plurimūm conjecturas de natione Venedorum, Serbis, rudi quod ajunt, Mincervā, quæ ab historiographis dignè annotata, hīc sumus repeatituri. Quod DEUS benc vertat!

PUNCTUM I.

De Serborum Descriptione.

S. 1. SERBI (*a*) sunt populus Venedicus, qui in Misniā olim inter Albim atq. Salam (*b*) fluvios, imò secundum quosdam & in ipsā Bohemiā (*c*) fuerunt hodie vero adhuc superstites in Lusatia (*d*) (vulgò die Wendes dicti) consistent.

(*a*) Dicuntur etiam Syrbi, Sorabi & Sorabes passim apud historicos. (*b*) Avent. l. 4. Boj. annal. p. m. 191. Interea Venedorum gens Sorabes dicti, qui inter Albim & Salam considerabant, ubi nunc Moesi nominantur, in fines Saxonum & Turingorum invadunt. Id ib. Deinde aliae Venedorum nationes ferocissimæ (capita enumerasse sufficiat) Sorabes Boëmi, Abrodite fœderati &c. Ml̄nia inde Serbia dicta ut & Sorabia; & quidem primum à Bohemis ut putat M. Reinh. Reinec. Steinh. de M̄sn. orig. pag. 88. Ubi item autor p. 96. & 97. dicens: In dem vergleichen sich die Scribenten/ daß diese Wenden in Meissen den besondern Mahmen gehabt / daß sie Sorabi genennet worden &c. Was sonsten dieses Volks für eine Gewalt müsse gewesen seyn/ weiset das genugsam/ daß sie neben Meissen die Ober - Lausitz / und ferner den ganzen Strich bis an die Elbe und Saal einbekommen. Addatur his

A 2 .

Helm.

Helm. Chron. Slav. l. i. c. 2. (c) Micrael. in Pomer. l. 2. n. 18.
Endlich ward die Thür dadurch sc. Vandalorum emigrationibus,
Germanorumqve dissensionibus) gar weit den Sclaven und
Wenden oder der Sarmatischen Nation auffgethan / und aus
denselben setzten sich die Wilzer und Lutitier / oder Ediker in Pom-
mern und March : Die Soraber oder Sirsen in Meissen und
Böhmen / die Obotriter in Mechelenburg : Trith. Abb. Span-
heim. ap. Goldast. l. 2. c. 2. *Slavos Sorabos, qui nunc dicuntur Boë-
mi, Rex Dagobertus bello aggressus vicit, superavit & Franci* (de
qvibus vid. histor. Merovingica, an recte & verè repetita) subje-
ctos tributarios fecit an. 640. (d) Dubrav. hist. Bohem. l. i. *Syri
Selavorum populi Lusatia inferiori & superiori occupata Lusatios se
nunc appellant.* D. Chytr. Chron. Saxon. l. i. de Vandaliâ dicens
infert: *In bodiernum usque diem passim ad ripam albis misera gen-
tis Henetæ s. Slavice reliquiae in Lusatia & alibi barent.* Et isti
qvidem se privata appellatione; SERBOS , lingvamqve suam
Serbſka reeß appellant.

f. 2. Qvapropter Serbines sunt, nec recte di-
cuntur Vandali, ut multi, qvorum error detectus & cas-
tigatus (e) sunt persuasi, tum cognatione vocabulorum
(f) tum successione Venedorum in sedes Vandalorum
(g) tum magnorum autoritate virorum. Unde tam
multi errores & historiarum confusiones (h) nati. Van-
dali enim populi Germanitum origine; tum sermone,
(i) perhibentur.

(e) Qvi fusiūs hac de re volunt informari, adeant auto-
res M. Henr. Bangert. in not. ad Helmold. chron. Slav. cap. 2.
Melchior. Goldast. Heiminsfel. comment. de re Bohem. Rhe-
nan. l. 2. rerum Germ. c. 1. Münst. Cosmograph. c. 4. Franciscus
Irenius l. 1. exeges. Germ. 33. Flav. Blondell. l. 1. decad. I. Groppius
Becan. l. 5. Spangenb. in chron. Saxon. c. 14. & im Adels Spiegel
p. 1. l. 10. a. 5. verb. Wandeler & und Wenden. Mart. Crom. l. 1. re-
rum Polon. Mich. Beut. in comment. in Tacit. Germ. p. 1. c. II. &
alios, qvos videbis apud Goldastum in comment. de privil. egn.
Bohem.

2. n. 18.
ionibus,
pen und
und aus
n Poms-
sen und
. Span-
tur Boë-
ncis (de
) subje-
I. Syrbi
fatos se
dicens
eræ gen-
Et isti
e suam

tè dis-
& cas-
orum
orum
e tam
. Van-
none,

auto-
cap. 2.
. Rhei-
ciscus
oppius
Spiegel
l. i. re-
. II. &
egn.
phem.

Bohem. (f) Hoc Chytraus ipse fatetur in Vandaliâ Chron. Sa-
xon. dicens: *Vicina sunt nomina inter se Vendi & Vandali.* (g) Idem
ibid. inquit: *Vandali dicuntur, quia post migrationem Vandalarum*
in Gallias, Hispanias, & Africam Venedi eorum terram occuparunt,
sicut post migrationem Bojorum ex Bohemiâ in Bavariam nihilo mi-
nus novi incolae Czechi Slavi veterum incolarum, nomen retinent. Ita
Helmod. Chron. Slav. I. I. c. 2. ubi ergo, dicit, *Polonia finem facit,*
pervenitur ad amplissimam Slavorum provinciam eorum, qui anti-
qvitus Vandali, nunc Winthi s. Windili appellantur. Et certo respe-
ctu qvidem magis excusandos, qvam accusandos viros hosce al-
scriptores historiarum satis accuratos esse, putamus. Sed pejus il-
li, qui mentem eorum non assecuti multa de Vandals Germanis,
primis incolis intelligenda, ad Vandalos secundos s. Venedos ac-
commode volunt. (h) Sic gravissimè hallucinatus est Georgius
Nicolai in Sylloge histor. (qvæ cum præfat. Joh. Dresseri Lipsiæ
edita,) dicens: *Umb diese Zeit 245. sol der Wenden (Wandaler*
debebant dicere) König Gotharus in Pommern regieret haben. Wie
Panth. l. meldet. item anno 161. post Ch. nat. die Wenden nehmen
Merseburg der Römer Festung ein: qvod, an de Venedis intelli-
gi queat, judicent alii: nos valde dubitamus. (i) Plin. I. 4. c. 14.
Genera Germanorum V. Vindelici (Vandali) qvorum pars Burgun-
diones, Varini, Carini, Gottones: Ingævones &c. Istævones &c. Her-
miones & Peucini. Ut Plinio æqualis, sic eidem in hoc argomento
διού·Ψηφῷ Tacitus scriptor verus & acutus Marsos Gambrivios &
Suevos, ita & Vandalos antiquissimos Germaniae populos fatit. Lin-
gva etiam eadem cum cæteris Germanis usos esse disertè testatur
Procop. I. I.

§. 3. Nec Serbi (vulgò Wendi dicti) confundendi sunt
(k) cum Wendi specialiter ita dictis h. e. Pomeranis &
Marchicis (l) neque cum iis, qui specialissimè Wendi di-
cebantur, h. e. Meckelburgicis, à qvibus Principes
Meckelburgicos καὶ ἐξοχωὶ olim die Herrn der Wenden
appellatos putat Bangertus (m): quo titulo hodienum
Reges Suediæ & Daniæ Invictissimi, & Sereniss. Elector
Brandenburgicus coronantur, qui tamen ideo Sorabis
& Lusatian non dominantur. A 3 (k) Lo-

(k) Loquendum cum vulgo; & sentiendum cum eruditis.
Sed non sunt confundendæ diversæ species Venedorum in Germaniâ, qvorum varias recenset Helmod. Chron. Slav. l. I. c. 2. Pomeranos, Circipanos, Lutitios, Wilsos (die Wilzer-Wenden) Kissinos (à qvibus si qvi suburbanos Bescovienses, ibi die Rizer dictos derivaret, meo qvidem vili judicio, non errorem committeret) Redarios (die Reder-Wenden) Stetiner. Obotritos (Meckelburger) Wagrios (Lübecker-Wenden) Rugos, (qvos non confundo cum Runis, literasq; Runicas Slavis non attribuo. Runi enim fuerunt, Gothi s. Germani, literæq; Runicæ Gothicæ sunt Olao Wurmio, qvi de illis fusissimè agit.) Sorabos die Zorber-Wenden / & cæteri, qvi non sunt confundendi. Ratio hæc est: Qvia multa dicuntur, multaq; sunt scripta de Wendis, qvæ si qvis ad Serbos s. Venedos Lusatios omnia accommodaret, maximè falleretur, insigneq; historiarum ignorantiam proderet suam. Rugi, Marchici, Pomerani, Meckelburgici superstitionis Ethnicæ erant tenacissimi, ad qvam subinde deficiebant, demumq; seculo XII. constanter ad Christianismum adduci potuerunt: qvæ tamen ad Serbos minimè accommodari possunt Lusatios. Illi ad rebelliones & seditiones erant procliviores; hi verò non item. Sed comparativè loqvor, & qvidem de temporib; Henricianis & Ottonianis. Conferantur de istâ materiâ Helmold. Chron. Slavon. capp. XII. XVI. LII. LXXXIII. ubi qvidem Saxones accusat dicens c. XXI. Christianitatis sacerdotum instantia jam dudum in Slaviâ invaluisse, si Saxonum avaritia non præpedisset. Sed de his vid. Dithmar. l. I. & VI. Micræl. Pomer. lib. II. Heinric. Goldast. comm. de privil. Bohem. &c. (l) Vid. Adam Bremens. histor. Eccles. l. 2. c. 10. & l. 3. c. 24. & l. 4. c. 46. Helmold. l. I. c. 2. Micræl. Pomer. l. 2. n. 8. (m) in not. ad Helmold. Chron. Slav. l. I. c. 2. ubi ita: *Quaque enim omnes illæ nationes origine Venedicæ essent, qvæ in terras Vandalarum successissent: tamen sub sequentibus seculis obtinuit usus, ut soli Obotritorum & Wagriorum reguli aut principes καὶ ἐξοχιῶν Wendi, die Herren der Wenden dicerentur.*

S. 4. Non autem asserimus nos, omnes in universum, qvi Lusati & Serbi dicuntur, etiam origine, aut natione esse Sorabos aut Venedos. Si quidem Germanos ve-

-s. 1. (n)

{ A

TISSOAMOB HOMINIBERES



teres incolas (qui ad similitudinem Vandalorum in Pomerania
(n) & Bojorum in Boemia lingam suam non penitus dedidicere, sed
farentibus seculis denuo eam magis excoluere) ut & Lusikos (o)
aliosque, quos omnes praeceps ab invicem distingvere ho-
diē nec necessarium, (omnes enim Lusatia natione Germani) nec
possibile, iisdem admixtos nulli dubitamus.

(n) Legatur hāc de materia Micrael. in Pom. l. 2. inter alia
discutrens: So ist die Wendische Sprache hier ins Land kommen/
dass die Deutsche niemals draus gehoben ist. Ja ich kan nirgends
finden/dass die Vandalische Städte an der See iemals ganz Slavo-
nisch oder Wendisch gewesen wären/ und den Gebrauch der Deut-
schen Sprache nicht beh behalten hätten. (o) Lusikorum meminit
Wittuk. scriptor Saxon. qui temporibus Ottonis floruit l. 2. annal.
Saxon. Adde Melch. Goldast. Heimensfeld. de reb. Bohem. l. 1. c. 8.
Idem casus qui Marcomannos & Quados, etiam Semones (qui ut ex
Vet. Geograph. Cluv. l. 3. introd. in Geograph. ad ripam Oderæ in
Marchiâ & in Lusatia sedes habuere,) excepit. Nam Sorabi & Lusi-
ki gentes Sarmatice s. pulsis s. (quod vero similius) subactis semnoni-
bus, eam regionem occuparunt. Dubravius vocat Syrbos. Et Micrael.
l. 2. n. 39. Mieska ein König der Lusikaner/ welche weiter im Lan-
de wohneten/ etwa da nun die Lausnizer noch von den alten Zoro-
zern übrig.

PUNCTUM II.

De Origine Serborum.

§. I. Explicata jam populi Lusatici descriptione,
seqvitur, ut quædam etiam de Origine ejusdem dicamus.
Sicut autem per difficile & ferè impossible est, primam
eamq; distinctam omnium populorum originem revo-
care, nisi fabulas atque res incertas enumerare velis; qua-
les Scriptores quidam historiæ Bohemicæ de Boemis, pro-
ductas (p) refutarunt: ita de natione Sorabica quantum
è fide dignis historiis colligere possumus, hic tantum
breviter sumus repetituri.

(p) Aene-

eruditis.
Germa-
Pome-
) Kissi-
r dictos
mitteret)
burger)
do cu
im fue-
o Wur-
ben / &
ulta di-
erbos s.
r, insi-
archici,
nacissi-
onstan-
Serbos
es & se-
parativè
is. Con-
I. XVI.
christia-
et, si Sa-
I. & VI.
vil. Bo-
.3. c. 24.
in not.
omnes
succes-
botritis-
di, die
niver-
ut na-
os ve-
teres



(p) Aeneas hist. Bohem. c. 2. 3. & 4. Cui adstipulatur Du-
brav. histor. Bohem. l. 1.

ſ. 2. Est autem extra omnem controversia aleam
positum, Serbos (q) non esse nationem novam; sed cum
aliis Venedicis s. Slavicis populis à veteribus Sarmatis or-
tam, simulq; cum reliquis Slavis è Sarmatiâ egressam.

(q) Plinius atque Ptolomæus Geographorum antiquissimi
SERBORUM quorundam in Sarmatiâ mentionem faciunt. Et ille
quidem inter Maeoticos illos numerare amat l. 6. c. 7. conf. l. 4.
c. 13. Hic verò inter montes Ceraunios & fluvium Rha eis locum
assignat l. 3. c. 5. An verò Serbi nostri ab illis & nomen & sangvi-
nem derivent, ego quidem audacter & simpliciter cum Leuncla-
vio (in pandect. hist. Turc. c. 37. discurrente: *Serbos circa Maeotin*
Plinius collocat: inde partim profecti fuere versus Danubium & Mae-
siam banc superiorem, partim itinere diverso per Sarmatiæ & Polo-
niæ latissimè patentes campos in oram Germaniæ Poloniæ vicinam,
(Lusatia nunc dicitur), infusi, sedes ibidem & in viciniâ constituerunt
inter Albim & Salam fluvios) non affirmabo; sed ex certis quibus-
dam rationibus probabiliter conjicio, non obstante mihi dissensu
Ptolomæi à Plinio. Nihil enim mihi obstat videtur, quin istud
colligam, partim ex eodem nomine: partim ex Venedoru nationis
amplitudine, quæ tanta, ut ex historiâ Gothicâ Procop. l. 1. cap. 28.
& l. 4. c. 8. & Jornand. p. 85. mihi videatur Neugebaur. l. 1. histor.
Polon. collegisse, affirmans, Slavos se ad fluvium Rha usque
olim protendisse. Et arridet nobis maximè hîc sententia Viri Ex-
cellentiss. Dn. Schurzfleisch nostri, in reb. Slavicis defensa, quod Sla-
vorum natio in Asiam usque fuerit extensa. Denique colligo hoc
etiam ex communi inde populorum Sarmaticorum migrationi-
bus. Si enim Hunni, si Bulgari, si Antæ (quas mihi videtur Plini-
us Antacas appellare collocans circa Ceraunios montes) si alii
huc emigrare potuerunt, quidni & SERBI?.

ſ. 3. Qvod autem videntur quibusdam Serbi nostri è
Serbia Bosnensi descendisse, indeq; nomē suum derivasse,
eadem facilitate rejicitur, quâ asseritur (r). Multò minus
adscribimus Joachimo Curzio (s), Sorabos esse colonos
per Czchum ducē Bohemiae in hasce terras introductos.

(r) Heinr.



(r) Heinr. Goldast. Heiminsf. l. r. c. 8. M. Reinecc. Steinh.
von Meißner Herkommen p. 97 Loquimur autem de Servis Bosnen-
sibus, qui ejusdem originis al. Zirbi, Syrbi, Sorabi qq. dicuntur, ne
affirmem, eos confundi: confunduntur omnino interdum & hi,
& vicini Dalmatae cum nostris Dalmatciis. (s) Hæc enim migra-
tio & autoritate & ratione caret. Ut paucis dicam, autores variare
circa derivationem nomine Serviorum. Alii enim à Syrbis Asiati-
cis, quos inter Leunclavius supra notatus: alii à Servis Getarum
Marcellino l. 17. & 19. Limigantes dictis, quos Constantius domue-
rit, & eò transtulerit, illud deducunt. Avent. l. 2. annal. Bojor. Sed
quicquid fuerit de nomine Serviorum: sive à Syrbis Asiaticis, sive
à Servis Getarum, sive altius repetas, nobis perinde est. Sufficit, nos
cum Chyträo non dubitare, quin nomen suum ex ipsa Sarmatia
habeant Serbi nostri. Minus obstante, etsi Paul. Langius in Chron.
Citiz. vocem Soraborum ex Roswito denominatione Germanicam
faciat. Nam illud non probavit, nec satis certus (*se ipso fatente*) an-
notavit. Nec multum de etymologiâ veris sumus solliciti. (s) in
annal. Siles.: *Czechus immisit & similiter novos colonos in illum tra-*
etum, qui est inter albim atq; salam, qui dicti sunt Sorabi, quod ipsum
nomen est à Sarmatis: alias quoq; misit ad mare Balticum Windos
dictos &c. Sed mitto fabulas, mitto Croaticum Czechi migratio-
nem, quam Neugeb. l. 1. hist. Polon. prolixè refutavit.

PUNCTUM III.

De Lingua Serborum.

¶. I. Obiter etiam de Sermone hujus nationis, non quidem qvoad ætatem primam; sed nostram, quædam subji-
cere placet. Non a. est lingva nova, aut (ut vulgo existima-
tur) ex variis lingvis mixta. Mixtus quidem populus Lusa-
tiæ, uti Boemiaræ & Bavariæ (t); sed lingvæ nō sunt mixtæ (u).

(t) Æn. Sylv. in Germ. c. 47. Et pauci sunt inter Boemos, (id
quod etiam de Lusatia sexus masculini affirmare licet) saltem no-
biles, qui non utramq; noverint lingvam: & undiq; cincta est terra Teu-
tonicis plebibus. Avent. annal. Boj. l. 3. Ad Draviq; Saviq; fontes adhuc
lingva Veneda est in usu: sermo Bojus in urbibus & castellis in valuit,
(u). Nec obstat nobis unum atque alterum exemplum hominis

B

vicio-

atur Du-
t aleam
ed cum
atis or-
tam.
qvisimi
t. Et ille
onf. l. 4.
s locum
t sangvi-
Leuncla-
Mæotin
n & Mæ-
& Polo-
vitinam,
tituerunt
qvibus-
dissensu
in istud
nationis
l. cap. 28.
i. histor.
na usqve
Viri Ex-
qvod Sla-
ligo hoc
grationi-
ur Plini-
s) si alii
nostri è
rivasce,
o minus
colonos
ductos.
) Heinr.



vitiōsē loquentis, nec unum atqve alterum vocabulum immixtum: hæc n. & similia ad novam aliquā spuriā, (quales sunt Anglica, Gallica, atq; Hispanica) lingvam sufficere, nemo nobis facile concedet.

§. 2. Habet etiam lingva Sorbica magnam cum Po-
Ionicā atq; Bohemicā alijsq; lingvis convenientiam (x); ideoqve in communi patriā lingvæ Sarmaticæ dialectum
fuisse non negamus; sed hodiè respectu Polonicæ atqve
Bohemicæ diversa (y) lingva dici meretur. Ut taceam, lin-
gvam Sorbicam ipsam multas easdemq; diversas diale-
ctos (z) habere.

(x) Ut lingvæ orientales Ebræa, Chaldæa, Arabica &c. aut Se-
ptentrionales Germanica, Svedika, Anglica: aut occidentales, Hi-
spanica, Italica, Gallica &c. magnam quidem suavemq; harmoniam
inter se habere dicuntur; propterea tamen non dialecti (si ac-
curatè loqui velimus); sed lingvæ diversæ rectius dicuntur:
sic quoqve de lingvis Sarmaticis, Moscoviticâ, Polonicâ, Vendicâ
sive Sorbicâ, quam Vandalicam falsò dicunt, judicandum es-
se, putamus. (y) Caret lingva Lusatiorum peregrinis ineffabili mul-
torum consonantium concursu; hinc eam omnium Slavicarum fa-
cillimam judicamus. Cui accedit analogia Grammatica, qvæ di-
versa & qvam proximè ad Germanismum accedit: uti Polonica
Latinismum imitatur. Nostra agnoscit articulum in Nom. Imper-
fectum in verbis &c. qvibus Bohemismus & Polonismus carent.
Paucis: In tantum recedit lingva Serborum à Polonica, in qvan-
tum vetus Teutonica ex mente Micraelii ab hodiernâ, de qvâ ille:
Wie mich bedünkt / ist das haben und werden nicht von Anfang in
der deutsche Sprache gewesen/ sondern endlich hinein kommen. Im-
gleichen siehet man auch auzenscheinlich / daß die Alten / insonder-
heit die Goten den Verbis nicht die Pronomina Ich / Du / Er &c.
fürgesetzet. Sed conf hac de re, qui vult, instrument. Grammat. Bo-
hemorum, Polonorum & Serborum, cum versionibus. Nobis hæc
sufficiunt. (z) Alia enim dialectus Lubenensis, alia Gubenensis, alia
Cotbusiensis, qvæ in sacris usitatissima &c. alia Lusatiae superioris.

§. 3. Cæterum hodiè usus hujus lingvæ ferè eva-
nuit; sed olim magna (non in omnibus præcisè Serbicae;
sed)

mixtum:
glica, Gal.
oncedet.
cum Po-
am (x);
alectum
æ atqve
ram, lin-
us diale-
c. aut Se-
tales, Hi-
moniam
eti (si ac-
untrur :
, Vend-
ndum es-
bili mul-
carum fa-
, qvæ di-
Polonica
n. Imper-
is carent.
in qvan-
qvæ ille :
lnfang in
men. Im-
insonder-
/ Er &c.
n mat. Bo-
Jobis hæc
ensis, alia
uperioris.
erè eva-
erbicæ;
sed)

sed) Sarmaticæ s. Slavicæ (aa) amplitudo. Hodiè nescio
qvæ (præcisè Serbica lingva) quasi *ālūnaðeia* multis in vi-
sa. Sed olim magna ejus & dignitas (bb) & necessitas.

(aa) Micræl. in Pom. l.2. c.4. Wir wissen, daß die Sarmati-
sche Nation allgemehlich so mächtig worden, daß sie nicht allein das
große und kleine Reussen / sondern auch das ganze Burgunder-
Land / daezunder die Pohlen wohnen / und ferner die Walachen/
Bulgaren/ Serven/ Podollien/ Littauen/ Croatia/ Dalmatiam/
Mähren/ Böhmen/ Schlesien/ und die ganze Windische March Il-
lyricum mit ihrer Sprache erfüllt. Und man kan auch nicht leug-
nen/ daß sie auch in Griechen-Land überhand genommen/ und allda
mächtig worden seyn. Wie denn noch heutiges Tages die Wendis-
che Sprache (cave tamen hic identitatem omnimodam singas)
allda allenthalben/ und insonderheit an der Ottomannischen Porte
im Gebrauch seyn solle (bb). Olim tanta & dignitas & necessitas
lingvæ Serbicæ, ut & Imperatores eidem studuerint, & Electoribus
S.S. Imp. Romani descendam ordinaverint. De qvibus vid. Wittik.
annal. Sax. l.2. & Aurea Bulla tit. ult. Ut taceam, lingvæ Slavicæ usum
à Papa Romano contra morem in sacris concessum. Vid. Aeneas
Sylv. hist. Bohem. c.13. historiam narrat. Conf. David. Chytr. Chron.
Saxon. in Vandal. p.37. & Goldast. l.c. 1.5. c.2. ubi alicujus notatu
digna Bernhardi scriptoris verba citantur sequentia: *Qvidam Sla-
vus ab Istriæ & Dalmatiae partibus nomine Methodius venit, qui ad-
invenit Slavinæ literas & Sclavice celebravit Divinum officium, &
vilescere fecit Latinum.*

I.4. Sed mittam dignitatem, atq; necessitatem lingvæ
Vendicæ, qvæ hodiè tanta (cc) non est. De utilitate pauca
dicam, qvæ tanta omnino, ut beneficio ejus ad lectionem
multarum versionum Scripturæ sacræ &c. (dd) (ut alia
commoda præterea) pervenire possis.

(cc) Qvanta olim in Ecclesia & Republicâ plantanda & con-
servanda, tantam hodiè necessitatem non statuo, ut potius dicam,
reliqvia, si opus foret & ii, penes qvos jus est, legitima media ad-
hiberent, facile extingvi posse. (dd) Intendo autem ad versiones
Slavicas: Bohemicam, qvæ Charactere Germanicō: Vindicam,



qvæ Latino: Croaticam, qvæ Glagalico s. Cerulico Christianis in
in Turciâ familiari, expressæ in nostrâ Bibliothecâ Academicâ pro-
stant. Præcipue verò ad Illyricam respicio versionem, qvam Vadian.
in epit. de tribus terræ part. & alii adscribunt S. Hieronymo; sed
Goldast. suprà notatus rectius Methodio & Cyrillo eam attribui
putat Moraviæ Episcopis. De Moscovitica & Polonica versioni-
bus hîc taceo.

PUNCTUM IV.

De Moribus Serborum.

¶. i. Mores Sorabici populi primi nobis sunt inco-
gniti. Media verò ætas, qvæ eosdem in Germania vidit,
magis generaliter, & per consequentiam, qvam speciali-
ter mores eorum depinxit, ut miseriæ & multi labori pa-
tientes, libertatis patriæ tenaces (ee) erga hostes suos
sævientes; sed alijs fideles, modestos (ff) conscientiolos
& hospitales maximè (gg) sed insuper furaces.

(ee) Wittik. l.2. annal. Saxon. Sapientis exercitus eos læsit, in mul-
tis affixit, & in summam calamitatem perduxit. Illi vero nihil minus
bellum elegerunt, omnem miseriam caræ libertati postponentes. Est
namq; hujusmodi genus durum & laboris patiens victui levissimo as-
fuetum, & qvæ nostris gravi oneri esse solet, Slavi pro quadam volupta-
te ducunt. Transeant dies plurimi his pro gloria magno, latog; impe-
rio: illis pro libertate ac ultima servitute variè certantibus. (ff) de
sævitia Slavorum erga hostes publicos nemo dubitabit: sed tamen,
qvam exercuerunt erga Christianos Balthici, eam ad Serbos refer-
re non licet. Pro modestiâ eorū & fidelitate sufficiat nobis unicus
Micraelius, in Pomeran. l.2. Conf. cum Helmold. l.1. c.83. affirmante,
qvod jurationes difficulter admiserint & pro perjuriis habue-
rint Sclavi. (gg) Vid. Helmolt. l. c.12. inter alia ita generaliter di-
cens: Nulla gens honestior Slavis in hospitalitatibus gratia. Quidquid
enim agriculturâ & venationibus conquirunt, totum in largitatis opus
conferunt eò fortiorē qvemq;, qvò profusionem jactantes, cujus o-
stentationis affectatio multos eorum ad furtā & latrocinia propellit.
Qvæ utiq; virtus apud eos venalia sunt: excusantur hospitalitatis pallia-
tione. Sclavorum enim legibus accedens, qvod noctu furatus fueris
craf-



Christianis in
nicā pro-
nVadian.
rmo; sed
attribui
versioni-

nt inco-
ia vidit,
speciali-
bore pa-
res suos
entiosos

sit, in mul-
tulo minus
entes. Est
issimo as-
n volupta-
eg, impe-
(ff) de
d tamen,
os refer-
is unicus
affirman-
is habue-
aliter di-
Quicquid
tatis opus
, cuius o-
propellit.
ris pallia-
tus fueris
craсти-

er aſtinā die hoffitibus diſperties &c. Hæc teſtis oculatus. Qvare non
video, qvomodo exceptio Crameri, qvâ l.i. hist. Eccl. de Pomer.
affirmat, qvod furtum & ob id Christianos, maximè detestati fue-
rint, aut excusari, aut approbari potest? De Axiacis qvidem vete-
ribus Scythis id teſtatur Mela l.2. sed ab his ad omnes Slavos, mul-
tò minùs ad Pomeranos non argumentabor.

ſ. 2. Hodieſnos verò mores maximā ex parte Germa-
nicos cūm notissimi (bb), non opus eſt multis recensere.
Paucis tamen dicamus: Eſt natio hilaris, affectu vehe-
mentiori prædita; erga hostem qvidem publicum im-
misericordiam; erga amicum verò (ii) plus qvām fide-
lē amicitiam exercens, laboriosa, ſimplex (kk) reli-
giosa (ll).

(bb) Simplici viſtu & amictu ſunt contenti, ideoq; homi-
nem exoticō vefitu (Allmode) ingredientem mirantur & ut super-
būm facile offendī, aversantur. Conſtat, eos cum illo Germano,
qui lingvam Slavonicam (ſunt enim loqvaces & rerum novarum
curiosi) neſcierit, conuerſationem non curare, putantes ſe negli-
gi ab eo: contra crebrioribus inter ſe conuenticulis ſtudere, Xeno-
dochia (qvod etiam de Polonis Neuzeb. l.i hist. Polon. ſcribit) præ-
cipue diebus festis frequentare, ibidemq; poculo hilaritatis exau-
ſto, pro ratione temporis hymnos ſacros, ex iisq; maximè, qvæ
Symbolum Apoſtolicum ſpectant exercere: pōſt (junioreſ) jubi-
lando, ovando, vociferando, choreisq; ducendis ad ſatietalem, no-
lo dicere inſaniem usq; ve, totam ferè noctem conſumere, hoc ga-
dium qvāli unicūm & ſolum fructum laborum ſuorum habentes?
(ii) hofpitem ſi qvem lingvæ ſuæ gnarum, & loqvacem acceperint;
hofpitalitate plusq; vām fideli fuſcipiunt, qvāli manibus portatori;
interea laboris & miferiæ ſunt patientes, ut & nocte parūm qvie-
ſcant. (kk) Simplicitatem antiquam ſuam produnt, dum culum
literarum parūm curant (qvod vitium, in ſummo tamen gradu,
tradit de antiquis conterraneis eorum Moſchis Cluv. in G. ogr.
c.26. dicens: In ſchola legere duhtaxat & ſcribere docencur pueri, nea
Academie, aut collegia in universo extant Imperio Moscovitico) appell-
lantes eum ſatis doctum, qui legere & ſcribere ſciverit; qui verò

lingua vernacula bono concionator, doctissimum. Cætera mirantur, aut pro superfluis habentes, aut male interpretantes. (II) Theologos s. concionatores maximi pendent suos, & omnia eorum dicta (quod par est) ut verbum DEI suscipiant. Hinc illa simplicitas, qua omnes libros habent pro verbo DEI simpliciores, & omnes meditationes pro concionibus, q.s. nullum aliud studium esset, nisi quo ad salutem promovemur. Insuper rudiiores contra mores Germanos se invicem tuissant (ut sic barbarè loqvar) liberi parentes, servi dominos, uxores maritos, inferiores superiores. Multi autem hodiè simplicitatem exuunt & mores Germanorum assumuant.

PUNCTUM V.

De Religione Serborum.

Religionem paucis attendentes distingvimus inter Sorabos Paganos & Christianos. Ethnici ut alii pagani à vera & salutiferâ Dei notitia, aberrarunt. Deum quidem unum, eumq; solum hujus mundi Dominum (ut Procopius loquitur (mm), agnoverunt; sed coluerunt & Nymphas, Sylvasq;, & secundum Micrælium ipsum dæmonem (nn)). Demum verò Saxonibus ad Christianum conversis, & illi seculo X. facti sunt Christiani. Hodiè Augustanae Confessioni invariatae sunt addicti.

(mm) Procop. l.3.c.14. de B.G. Θεόν μὴ γάρ ἔνα τὸν τῆς ἀσπατῆς δημιγέρον ἀπένταν κύριον μόνον αὐτὸν νομίζουσι εἶται. Καὶ θύοισιν αὐτῷ βόας, καὶ ἵέρα αἴπαντα &c. &c. σέβοισι μὲν τοι καὶ ποταμὺς καὶ νύμφας &c. (nn) dæmonem appellant *Zarne bogh* (nigrum Deum), bonum Deum *Beli bogh* (albus Deum) Micræl. l.2. Pom. n.76. An verò peculiare aliquod idolum habuerunt, ad exemplum Rugianorum, qui Swantewit: Wagriorum, qui Prowe: Polatorum, qui Siwam: Redariorum, qui Radagisum coluere, de quibus Helm. Chron. Slav. c.52. 53. Micræl. Pom. l.2. n.76. non invenio in hist. Sclav. quærant alii. De Bohemis quidem infert Dubr. l.1.hist. Bohem. p.7. quod Vitum superstitione coluerint, inde etiam Wendorum *Witei* / *Witei* / quo aliquem advenientem excipiunt, derivare amat.

PLIN-



PUNCT. VI.

De Republica Serborum.

§. 1. Ut Sorabes omnis miseriae atq; laboris patientes: sic cujuscunq; servitutis (oo) impatientes cum omnibus Slavinis populis. Inde semper omnibus modis eò laborarunt à primâ ætate, ut Monarchiam aliorumq; dominatum in se fugerent: contrà verò in (pp) democratis viverent, quam formam etiam qvoad potuerunt & voluerunt in Germania (99) conservarunt.

(oo) Contra naturam qvæsi Slavis erat, utpote sangvine liberō natis, liberèq; educatis servire, aliusq; imperio subditos esse. Qvæ etiam maxima causa fuit, ob qvam tam sæpè fidem Deo atq; ve Imperatoribus datam resciderunt, sibiq; & suis posteris notam infidelitatis impresserunt. Vid. Micræl. in Pom. l. 2. n. 5. & 11. &c. Helmold. l. 1. c. II. & Bangert. in notis (pp) Prosp. l. 3. c. 14. de B. G. Σκλαβοί δε ήγι ἀνταὶ σὸν αρχονταὶ τεὸς αὐδρὸς ἐνδὲ, αλλ' εὐ δημοκρατίᾳ σὺν παλεύ· Βιοπόσιτ, ηγι Λα τότο ἀντοῖς, τὼ πταινατῶν αὶ τὸ ξύνθοσα ηγι τὰ δυσκολὰ ἐξηνονταὶ γεταὶ. (99) Colmas Prag. lib. 1. rerum Bohem. cont. Micræl. lib. 2. Pom. c. 5. 29. 31. 32. Ditmar. l. 1.

§. 2. Deniq; S. Romano Imperio ad Saxones translati ab Imperatoribus Henrico Aucupe & Ottone M. Sorabi nostri funditus oppressi, Imperio Romano incorporari, & civitate Germanicâ donati (rr) fuerunt. Ita sub Imperio Germanico-Romano ut cives (ss) adscripti eodem jure & clientela & debita libertate cum reliquis Germanis fruuntur.

(rr) Avent. l. 4. Helm. Chron. Slav. l. 1. c. 8 conf. Wittik. l. 2. Ditmar. l. 2. Goldast. l. 2. c. 3. dicit: Circunferuntur versus antiqui ab incerto quodam Germano Poëta imagini Henrici bujus subscripti, in quo sub regis persona legitur.

Gend Dán/Sorb/Böhmen/Marcomann/
Desmanz macht ich mir unterthan.

(ss) Qvod

AK Vc 1152

(ss) Qvod contra vana somnia eorum notandum, qui non discernentes præscriptiones ab institutionibus, jus à facto cives adscriptos ab aliis ex circumstantiis quibusdam in Lusatia variantibus talem sibi formam Republicæ inter Venedos Serbos internam fingunt, quasi Subditi rustici essent mancipia (Leibeigene oder Sklaven), Germani vero eisdem immediate dominentur. Sed utroque falluntur. Hoc eam ob rationem. Si illi Domini s. Nobiles, quorum nomina in ITZ terminantur, quales sunt à Panwiz / Bitwiz / Kofriz / Putwiz / Miltwiz / Cotwiz / Marwiz / Zertwiz (nisi quid interveniat) &c. sunt genere & origine Venedi, incertum, quod Germani immediate ubique dominentur Serbis; sed certius, quod potius principes antiqui Slavorum, quorum non pauci, aliiq; bene meriti iura & privilegia feudalia, (quæ etiam ostendunt ab Ottone M. darta) ab Imp. Germanis acceperint. Sed prius est in confessio. E. & posterius. Illud autem est falsissimum, quia legibus & institutionibus publicis reclamat. Adeamus Corpus Saxonum, & in eodem Serenissimum Principem in der Landes-Ordnung von Unterthanen / audiamus loquentem: Und ob wohl vorgedachte Unterthanen keine leibeigene Knechte und Sklaven / also daß sie gleich denselben in commercio rerum begriffen / und derselben Person Haab und Güter nach des Herrn Beliebung verkauffet / oder sonst veralieniret werden könnten / so sind sie doch den alten colonis (intellige secundum legem Juniam à Justiniano l.i. inst. tit. 5. correctam) censitis und originariis meistens zu vergleichen / und als freygebohrne Leute dennoch der Obrigkeit auf gewisse Maß untergeben &c. quod etiam de aliis civibus adscriptis v.gr. Pomeranis, Marchicis colonis, qui tamen origine Germani sunt, prædicari debet. Uno verbo dicam: Ex annalibus Slavicis Bohemorum, Polonorum &c. collatis cum historiâ Germanicâ colligo, Venedos, quicquid habeant libertatis & boni, id omne ferè debere ingenuis Germanis, (qui in hunc usque diem occupati in corrupto eorum statu corrigendo); Sed quicquid servitutis & malitiae, id injuriæ temporum & veteribus Sclavis.

SOLI DEO GLORIA!

• 5: (0) : 5 •



non di-
cives ad-
a varian-
internam
der Slla-
l utroqve
, qvorum
z/ Röfriß/
erveniat)
niimme-
iùs prin-
nè meriti
ne M. da-
sso. E. &
& insti-
icum, &
nung von
rgedachte
en / also
und der-
verkauf-
den alten
inst.tit.s.
hen / und
isse Maß
gr. Pome-
nt, prædi-
Bohem-
olligo, Ve-
rè debere
in corru-
& ma-

ULB Halle
004 779 86X

3



VDN





Q.R. 154, 23.

DISPU

S]

Venedor

Amplissim

M. G E

LAU

Publico
d.

Literi

